



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo ex aere aqua fiat. Cap. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

situm ad se sal attrahere. Alij in linteo triticeam fanum illigant, & in ollam immittunt, & salem attrahunt. Palladius ubi de vinis condiendis docet, inquit: Græci iubent aquam marinam mundam de puto, & quiete mari, quam anno ante compleuerint, reseruari, cuius talem esse naturam, ut & sal sedine, vel amaritudine per hoc tempus careat, & odore dulcis fiat ætate. Remaneat docere

*Dulces aquæ quomodo emendentur.*

Leo Baptista ait. Si vitreum vas plenum sale, & bene obturatum calce, substrato oleo, ne quid aquæ in vas penetreret, immiseris, ut medias inter aquas cisternæ pendeat, fore ut aquæ illuc nulla putrescant mora. Addunt aliqui & argentum viuum. Si aqua putrefacere incipiet, iniecto sale purgatur, & si sal desit, aqua marina. Ob id Venetijs Dñi Nicolai puteo hauriunt aquas nautes longius ituri, & id quia circa mare est, & in ea occulitur sal, quum aquis illis communicet. Id in sacris literis factum legimus ab Eliseo, qui in Hierichunte Palestina, abiecto sale in fontem, potabiles reddidit aquas, quæ erant amarae, & putridæ. Si aqua vermine scit, iniecta calce moriuntur. Quum vinum clarum reddere volumus, ouï albumen exagitatum, & conturbatum descendere intus patimur. Alij scobem in phyliras auellanæ intus inieciunt, & Hispani gypsum, ut clarescat, quibus omnibus in aquis viri possumus.

*Quomodo ex aere aqua fiat. CAP. II.*

ET si omnia nos dereliquerint commoda, poterimus ex solo aere aquam elicere, aerem ipsum in aquam commutando, ita ut natura facit, nam ex aere, vel vaporibus aqua conficit, vnde quum aqua egemus, eam ex aere conficeremus, igitur quemadmodum & natura ipsa facit, ita & nos faciamus. Scimus, Sole terram calefaciente, vapores subtilissimos extorquens, atque in altum sustollens, ad eam regionem aeris, ubi frigus, vapores illos in guttas cogi, incidentesq; pluviam

pluiam efficere. Nos etiam æstate videmus, vitreis in vasis optime perlotis, & frigida aqua plenis, extrema superficie aereum pertingente, illico vitrum obnubilari, atq; perspicuitatem amittere, paulo post irrorari, & in bullas extumescere, ac deinde paulatim crescentibus in guttas conuerti, & decidere, quod non alia ratione euenit, nisi aer frigidus vitro adhaerens, crassescens in aqua vertitur. Videmus etiam in cubiculis Venetijs, quorum fenestræ vitris contextæ sunt, crasso, & vapido halitus intus crassescente, fortis frigido inualescente, intus irrorantur, & in guttas coalescunt. Præterea hyeme in æneis tormentis, quæ semper frigidissima sunt, & concameratis locis affruantur, vbi & homines versantur, vt aës crassescat, tangens frigidam eorum superficiem, irrorantur, & aquam stillant. Sed ne longius euagemur. Fiat vas amplum vitreum rotundum, idq; repleatur sal-nitro impuro, solazzo vulgo dicto, & glacie: nam simul hæc commista, vt diximus hoc libro, magnam frigiditatem causantur, agitandoque, ingentis vi frigoris, ærem circa vas cogunt, vt mox stillet in subiectam fideli-am. Diligens artifex alia addet, vt maiorem nanciscatur aquæ copiam. Sat sit viam demonstrasse.

*Quomodo quis suam faciem transformare possit, ut neq;  
ab amicis cognoscatur. C A P. III.*

**Q**VI insidijs capti, vel carceribus occlusi sunt, & e-quadere tentant, qui magnatum negotia tractant, speculatores, & alij qui cognosci non desiderant, non parum refert, imo magni erit momenti facies eorum transformare, docebimus adeo exacte efficere, vt ne à parentibus, & coniugibus cognoscantur, & eiusmodi secreta à magnatibus non parum conquiri, quod suam personam simulantes, ingentia facinora perpetrarunt, & amantes suis amatis sine parentum suspicione seruerunt. Ulysses Troianorum gesta explorare conatus, falsis uestibus indutus, & vultu conficto, omnia quæ voluit, incognitus peregit. Homerus:

*Mitie plagi simul ac seipsum transformans,  
Serui habitu assumpsis, ex mendicis.*

§ § §